

Johann Gerdes Heinrich Anhalt

Marasmodicam Corporis Conditionem, Vulgo Schwind-Sucht/ dictam, Sub Phthoes denominatione, Loco Inauguralis Disputationis ... Praeside ... Dn. Johanne Gerdes ... publice evolvet Heinricus Anhalt, March. ... Die XXI. Aug. Ann. MDC.XC. ...

Rostochii: Wepplingius, [1690]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730127206>

Druck Freier  Zugang



R.U. med. 1690.

Johannes Serdis, Praes.

Heinrich Anhalt, Prof.

7953

AM COR-
ONEM,



DES

ITIONIS,
IA,

ores, Insignia,
er impetrandi,
tat. Med., Rostock.

EXPERIENTISSO.
ERDES,
Anatom. Med.

Facultatisq; suæ

ORE *aterniæ colendo;*

LT, March.

GNO,
XC.
ANIS.

WEPPLINGIANIS.

Q. D. B. V.

7953

MARASMODICAM COR-
PORIS CONDITIONEM,

Vulgò
UPEBESD-SUPES/
dictam,
SUB

PHTHOËS

denominatione,
Loco

INAUGURALIS DISPUTATIONIS,
PRO LICENTIA,

Summos in Arte Medicâ honores, Insignia,
& privilegia DOCTORALIA decenter impetrandi,
Consensu ac Decreto Amplissimæ Facultat. Med. Rostoch.
PRÆSIDE

VIRO NOBILISS. AMPLISS. EXCELL. Artz, EXPERIENTISS.

DN. JOHANNES GERDES,

Philosoph. & Med. Doct., Anatom. Med.

Pract. & Matthes. Prof. Publ. celeberr. Facultatisq; suæ
p. t. Decano spectatiss.

*DN. PATRONO, PRÆCEPTORE, ac PROMOTORE æternam colendo,
publicè evolvit*

HEINRICUS ANHALT, March.

IN ACROATERIO MAGNO,

DIE XXI. AUG. ANN. MDC.XC.

HORIS ANTE- & POMERIDIANIS.

ROSTOCHII, FORMIS ACADEMICIS WEPPLINGIANIS.

1954.

M. D. D. D.

MARASMOLOGICAL CORP
MORIS COMMUNICAT

HEINRICH ANNALE

DEO,
&
PATRIÆ.

DR. JOHANNES GARDNER
HEINRICH ANNALE
ROSTOCK, FORMIS ACADEMICIS WITTELBERG



DEO FELICITER ANNUENTE! PROOEMIUM.



Vemadmodum Veterum Philosopho-
rum asserta non merè erant inania, sed
ex masculò interdum ingeniò, multò
acumine conferta proferebantur: Ita
imprimis eorum de *Radicali Humido &*
Calido innato, vexatissima hodiè doctri-
na, non spernendi est pretii.

Intuentes autem methodum, prin-
cipia ista vitalitatis proponendi, quo-
modòve sub variis terminis conceptui offerantur, primo
intuitu forsitan irreconciliabiles ù viderentur, dubiumq;
aliquem tenerent, cui se subsignare velit opinioni.

Alios enim *Nativi* hujus *Caloris* terminum explicare
legimus, per *Incalescentiam* quendam *sanguinis*, impulsu
in dextro cordis ventriculo, & expulsu in arteriam pul-
monalem, confestim ac potenter factam: Alios per *vita-*
lem quendam *ignem*, à primo vitæ exordio, ad ultimum
usq; ejus terminum in corde accensum, & Vestalis more
permanentem: Alios per *Archealem potestatem*: Alios
sub *fermento* aliquo singulari, cordis ventriculis propriò:
Alios sub *Calidi* cujusdam *sine lumine ignis*, in cordis
poris contenti, sanguinem intrantem fervidum reddent-
tis ac dilatantis: Alios sub aliò titulò proponere passim,
lustramus.

Hos

1956.

Hos tamen omnes sub diversâ lingvâ, unicam rem proposuisse, suspicamur. Materiam enim hancce pensulatius aliquantò trutinantes, vocabulorum luxuriam, eandem indigitare opinionem, non inaniter judicamus; siquidem *Calorem* huncce *nativum*, cum suô pabulô, *Humido* nempe *primigenio*, nihil aliud, quàm *lucis* quasdam *particulas*, vitæq; perpetuò lucentem *flammulam* deprehendimus. In vehiculô quippè suo necessario, ideali seu specifico quodam motu, hinc inde dilatatus, gratô quasi magnetismô, ad extremum usq; vitæ halitum technæ animali inhæret.

Unde fanô & apto satis quodam simili demonstrare hoc conati sunt ij, qui cum flammâ & oleo, duo hæcce comparare fategerunt, ubi ipsum corpus nostrum solidû lucernæ, *Ellychnium* quasi in se continentis præsentet analogiam, in quô opobalsamû istud pretiosum, seu liquor vitæ nostræ oleaginosus continetur, tanquam pabulû ætherei ignis, jugiter ardentis. *Ignis a. iste, invisibili modo flagrans, thronus sit anima, in quo cum flammâ exaltatur; cum ipsa omnia penetret, & movens vitam insuat: ut non inconcinne sic loquitur Illustr. Marc. Marc. à Kronland, Philosoph. Vet. Restit. Part. IV. Sect. 6. p. 471.*

Labefactante itaq; horum alterutrô, necessarium est, totam machinam C. A. sentire vim illatam, ruinamq; minari: cessante v. alterutrius influxu, ipsam vitalitatis actionem cessare, mortisq; naturalis accessum perferri, credibile est.

Aut n. consumitur hocce *Naturale humidum*, denegatq; sustentationem sic dictæ flammæ, aut extinguitur *flammula illa*, & à præpollente priori subigitur.

Sic lumen vitale extinctioni proximum in *Apoplexiâ*,
Paralyfi

1957.
Paralysi, Epilepsia &c. indeq; de novo accendendum, & quasi insufflandum, conspicimus. Pabulum ejus necessarium, *Humidum viz. radicale*, consumptum indies ac depauperatum, restaurandum convenienter, in *Tabe, Atrophia, Marasmò, Phtisi &c.* videmus.

Qui & similes affectus, ut ex hocce principio absolvent totam Pathologiam, ita plura de iis monere, hac vice inane esset, nisi ultimum illum præternaturalem corporis statum, *Phtisin n. seu Phtisicam*. præprimis eligere, brevibusq; quoad fieri potuit, thesibus, in præsentis Disputatione, Jussu ac Consensu Amplissimæ nostræ Facultatis, enotare, animum induxissim: cum ea, partim ob sedis nobilitatem & distinctionis difficultatem, partim affectus gravitatem, & eò laborantium multitudinem, partim a. in curâ observandam circumspeditionem, exactiori non indigna videatur scrutiny.

Ad quod feliciter instituendum, Supremum exoro Numen, ut exoptatum indaganti ferat auxilium atq; levamentum!

SECT. I. THEORETICA.

THES. I.



Ræternaturalem itaq; statum Corporis, in depauperatione Humidi necessarii consistentem, lustraturus, Concipio eum sub terminò *Phtisicæ*, maximè familiari Seni divino, *Hippocrati*. Cujus vocis origo, sicuti ex Graiorum $\Phi\theta\iota\varsigma$ s. corrumpere, desumenda; ita ultra famoram intentioni nostræ non faciendam, putamus. A 3

Origo Vocis.

THES.

1958

Ambiguitas
vocali.

THES. II.

Quod autem à nonnullis *Tabis* vocabulò insignia-
tur, alia fortè non subest ratio, qvam quod à *Tabo* s. sanie,
exulcere aliquò proveniente, origo iis mali diducatur. Li-
cet tamen per consuetudinem jam tum receptum sit, ut ge-
neraliori aliquà significatione sumatur *Tabes*, quam *Phthoe*
aut *Phthisis*: siquidem illa in genere quamcunq; humidi
radicalis consumptionem, a corporis marasmodicam con-
stitutionem, à sanguinis nerveiq; succi *δυσκράσια* ortam, sic-
què vernaculæ nostræ, *Schwind-Sucht*, exactè respondente,
denotat: Hæc v. *Phthoe* s. *Phthisis* strictè sic dicta, solutam
pulmonum unitatem, specialissimè, *Lungen-Geschwür* s. *Lun-
gen-Sucht* / ab affectâ sede indiget, unde *Willisio* placuit
affectum hunc cè per *Phthisin*, pulmonarem, seu *Tabem*
pulmonum, denominare.

THES. III.

Descr:
ptio affe-
ctus,

Ne autem ultra modum detineamur isthismodi
Logomachiis, indifferenter nobis sint termini isti, s. *Φθίσις*
s. *πύση* s. *Φθόν* s. aliquem alium terminum adhibeat ali-
quis: siquidem concipimus affectum illum, quò de differe-
re hâc vice placet, per *Totius Corporis*, à *pulmonum vitio*, in-
deq; in sanguine contractâ *labe*, emarcescentiam, cum febris la-
tente, nonnunquam *cussi*, *difficili respiratione*, aliisq; *sympto-
matibus*, conjunctam.

THES. IV.

Affinitas
ejusdem
cum aliis.

Habet a. hiccè affectus affinitatem quandam cum
eò, qui respicit nutritionem corporis imminutam, unde
vulgo, omnis emarcescentia solet sub *Phthiseos* a. *Schwind-
suchts* denominatione venire. Qui tamen, sicuti à peculi-
ari quadam provenit causa, utpote obstructione venarum
meseraicarum, & partium glandulosarum, ita hâc vice non
erit nostræ considerationis, sed erit respectus ad ejusmodi
corporis consumptionem, qui ortum habet ex pulmonum
calamitosò vitio, ad totam œconomiam corporis deinceps
derivato, documentò, quantum mali ex læsò hõcce organò
descendere possit, ad omnes reliqvas partes.

THE-

THES. V.

Sicuti proinde hâc vice labem quærimus in pulmonum organo, suffragante experientiâ, ut plurimû ex vitio eorum nasci malum illud; ita subjectum adæquatum Phthoes seu *Φθίσεως* facimus; illud viscus, quod nunc ex exulceratione, nunc ex flaccescentia, nunc ex additamento rerum præternaturalium contrahere potest ejusmodi statum præternaturalitatis, quemadmodum in Relationibus Naturæ Curiosorum pulmones legimus nunquam plenè deformatos *DEC. I. Ann. VIII. DEC. II. Ann. 4. Obs. 35.* nonnunquam planè absumptos, ex relatione *Zacuti Lusitani Lib. I. Prax. Obs. 109.* Vermibus nonnunquam vexatos, Autore *Timao à Guldenlee in Epist. ad Guerner. Rollinccium Lib. II. Ep. V.* nonnunquam lapidibus, aut materiâ fabulosâ oneratos, asserente *Willis. de Med. Thorac. Sect. I. C. 6.*

Subjectum
adequatum.
1959.

Varius
afficiendi
modus.

THES. VI.

Quemadmodum autem in pulmonibus fundamentum latitat mali, ita M. Sex, ceu diversorio aut vehiculo communicatur idem. Postquam enim tabifica in pulmonibus congesta materies, substantiam vesicularem, à *Cl. Malpighio* expositam, seu cellulas istas numerosas pure suo opplevit, atq; hinc inde quasi putridos lacus efformavit, sanguini tanquam generali receptaculo, per veniam pneumonicam, purulentum hocce insinuat in inquinamentum, nec correctum redit per reliquas vias arteriosas & venosas; sicuti quoque ob substantiæ conditionem, neque per *Μεσσηριον* neque *Διήρησιον* eliminari potest, unde factò circuitu, redit ad sedem pristinam, ubi egressum, inversâque *μεσσηριον*, totum corpus in *ἀτρόφουμον* & depravatum detrudit statum.

Insufficiendi
methodus.

THES. VII.

Emarcescentia ponitur generis locò, & sic frustratæ alicujus actionis, Nutritionis sc. esset læsio, consequenterque ad *Symptomatum* classem referendus affectus. Sin autem ab unitate quâdam pulmonum læsâ, originem mali diducere vellet aliquis, in *Morborum* seriem referendum malum

Circa
genus
affectus
notanda.

1960.

malum, licet hæ grammaticæ distinctiones & sugillationes parum faciant ad veritatem rei ipsius.

THES. VIII.

Varia

Phtis

differen-

tia, in cau-

sis latitans.

Quod Differentiam Phtiseos concernit, non omnibus una videtur esse sententia. Alii enim faciunt, ratione causæ, Catharralem, à cerebri destillatione versus pulmones, provenientem. Alii pulmonalem, ex inflammatione, inscutatq; suppuratione promanantem. Alii à totâ substantia oriundam, & sic vel ab humore acri, vel aliis causis occasionalibus, ubi iterum malum illud, vel ut recens, vel ut inveteratum considerari potest. Quæ vero omnia sicuti parum faciunt ad curam, aut sublationem mali, ita satis esse considerare *Phtisicam*, ut *Hæreditariam* & *Acquisitam*, porroq; *Recentem* & *Confirmatam*, judicamus.

THES. IX.

Hæreditaria

&

acquisita

diversitas.

Hinc consuetius nihil esse indices cernimus, quàm interrogari, an parentibus, an acquisito naturæ vitio debeatur hocce malum, sicq; an novercale, an innatum idem sit, cum non negandum, ideam ejusmodi à primo ortu in semine latitare, simul etiam evictum, per varios errores diætæ, non minus contrahi vitiositates similes. Imprimis a. ad mentē *Divini Senis*, magis obnoxii esse debent Subjecta ea ejusmodi affectui, quæ *diæta* quandam hæreditariam aut congenitam, habent, unde *πρεσβυάδες* s. *φθισάδες* appellare ea amat, quod plerumq; pectore restricto & angusto, collō oblongo, & scapulis alarum in morem exstantibus, sint prædita. *Epid. Lib. 3. Sect. 3. §. 50* Et talis vitiosa dispositio manet non saltim, in distinctis subjectis, sed solet sæpius derivari in familias, non secus ac videmus, Ganglia seu Nodos, peculiarem divexare consanguinitatem, aut Scrophulas invadere incolas certos, aut morbum Hypochondriacum peculiari regioni proprium. Quorum exempla adjungere possemus, nisi ultra septa transilire vereremur. Huc quoque pertinet, quod Phtisis communiter judicetur contagiosa, proindeq; conversatio cum Phtisicis minus tuta, cum vel contactu, vel adhibitis Phtisico-

rum

corum indumentis, vel inquinatò aëre, miasmata putrilagino-
sa, per exhalationem emissà, inspirari, sicq; mediante aeris
reciprocatione eundem effectum in subjectò alio præstare pos-
sunt, qualem demonstrarunt in priori.

THES. X.

Lustratà igitur sede & Differentià affectùs hujus, in *o-Causarum*
iginem ejus paulò altius inquirere, ordinis ratio postulat. Pa-
tescit a. ea, cum *Causa* tam *Remota*, quàm *proxima*, *media-*
ta & *immediata* evolvuntur. *enumeratio.*

THES. XI.

Quemadmodum a. in tradendis Phthiseos causis longè *Veterum*
aliam fuisse Veteribus Medicis mentem, ostendit *Thom. Willis. intraden-*
Tract. d. Respir. org. Sect. I. c. 6. cum ex duplici causà prognatum *dis causis*
huncce affectum denotent ij, *Catharro* sc. & *Vena rupturâ;* *mens,*
ita collatis aliorum opinionibus, de veritate asserti constabit
melius.

THES. XII.

Hâcce occasione a., quoniam multi, Medicorum non po-
stremi, valdè delectentur *Catharri* vocabulo, sicuti id prolixè
fatis videri potest ex *Tomis, de Catharris Excell. Conrad. Victor.*
Sebneideri, unum aut alterum de *Catharri* vocabulò afferre *denotet,*
placet, Offerturqve sic conceptui per materiam quandam
corruptivam, s. humorem serosum, in pulmones diversasqve,
aliàs partes, à cerebrò, deciduum. Unde *Illustr. Sennertus Lib. II,*
Part. II. c. 22. ait: *A capite catharri frequentes ad pectus desuunt,*
quorum materia nunc naturâ suâ acris est, nunc in pulmonibus cor-
ruptam acrimoniam acquirit, Et *Laz: Riverius. Insuere à cerebro*
pituitam acrem & salsam, Catharrum serinum efficientem, qui pul-
mones exulcerare facile potis est. Prax. Med. Lib. VII. C. 7 Aquibus
non dissentiunt *Jonsonius, Bournettus,* ipseq; *Franciscus, dele Boë*
Sylvius Tract. IX. Oper. suorum §. 190. inqviens; *Quod si perdetur*
humoris acris destillatio in asperam arteriam, excitari in ea paulatim
ulcus superficialium, mox profundum, & tandem Phthisin. Quod
Tract. IV. de Phthisi iterum repetit, salsum & acidum à capite per
fauces, in asperam arteriam destillantem accusans humorem.

B

THES. XIII,

1962.
Per simile
aliquid
crudum
explica-
tur.

THES. XIII.

Miratur'equidem hæc opinioniones acutissimus *Willi-*
fm. Analogia enim ista cruda, ubi caput quasi capitelli, alem-
bico impositi, vices subire debet, sicque calore naturali elevatos
vapores, in parte superiore recipere, & condensatos, ad varias
partes alias amandare, dicebatur, ritè exploratâ ossis cribriformi
conditione, planè explosa est. *Conf. modo citatus. Schveiderus*
Tract. de Osse Cribriformi.

THES. XIV.

Opinio-
nes conse-
runtur.

Verum alia est destillatio ex Cerebrò derivanda, alia
ex superioribus faucibus, ubi amandatus ad vasa salivalia humor,
irrigationi faucium asperæ arteriæ, Oesophagi itidem, destina-
tus, acrior factus, vellicare viam trachealem; intrare bronchia-
les ductus, tandemq; exulcerare ac corrodere pulmonum lo-
bos potest, sicq; *Excell. Sylvius* ab imputatione asserti, defluxus
ex cerebrò, liberari; Porro, si non immediatam, & è directo didu-
cendam ex cerebro destillationem statuere queam, mediatam &
per varios ductus tamen ad pulmones & partes ipsi subjectas de-
fluxionem, penitus inficiari nolim, cum viscus illud cerebrival-
dè sit humidum, copiamq; lymphaticorum vasorum in se recipiat.

THES. XV.

Causa.
Phtoës
immedia-
ta & me-
diata.

Sed, ne ultra fas detinear in enumerandis & conferendis
opinionibus, ad causas ipsas accedo, *Causam immediatam pro-*
ximam quærens, in corrosione & exesione, nunc minori, nunc
majori, nunc majus, nunc minus spatium occupante, nunc inci-
piente, nunc consummatâ: *Mediatam*, humorem falsum, acrem,
acidum & rodentem, dicens.

THES. XVI.

Pulmonū
corruptio
quomodo
fiat.

Hic autem humor, aut acris jam tum est, quando pul-
monum vesiculas intrat, sicq; solutionem unitatis tentat, aut
acrior ibidem redditur, quando diutius stagnat, visciditate suâ
ductus obstruit, vitiosam qualitatem, quam Corruptionem nun-
cupant, induit, sicq; potens redditur erodendi ac solvendi
fibras membranarū, fermentòq; ita acquisito, satis potenti, affi-
milare sibi reliquum accedentem liqvozem, tandemq; effor-
matis

matris putrilaginosi lacubus, emittere exinde nocuos istos halitus ad partes reliquas vicinas, tandemq; totius corporis habitum.

THES. XVII.

Remotas quæro in Rebus Non-naturalibus, Naturalibus & Præter-naturalibus. Sic aer humidus, crassus & multis particulis acrioribus scatens, qualis autumnalis esse solet, tabidis maximè noxius. Hippocr. III. Aphor. 10. quemadmodum aqvilonaris itidem & pluviosus, ad assertum Divini Senis, non minus multum contribuit ad Phthisicam diathesin. Unde facile labem istam induunt ij, qui incolant regiones ejusmodi, ubi ob miferalem copiam emittuntur vapores Soli, acriores, aut atomi exoticæ. De Esco & Potu res evicta est; Aut n. viscoso & tenacis succi assumto cibo, obstructionibus variis, consequenter fermentationibus novis & productis præternaturalibus occasio datur; aut per se acriori ingestio, effectus, quem particularum constitutiones promittere possunt, inducitur, quem admodum inconsideratè ingesta liquidi crassioris & frigidioris quantitas, præprimis corpore calido, idem præstare potest, quatenus intensè frigidiliquoris copiosa assumptio, in transitu vasa serosa tangens, fixationem fluidæ alia lymphæ procurat, consequenterqve lento malo occasionem præbet, unde nihil consuetius est, quam in hocce morbo allegare, Sinen hastigen kalten Trunc. Prout denique potentiâ calida, affectum consimilem inducere solent, quatenus accendunt nimium calorem, consumunt humidum necessarium, impediunt fluiditatè decentem, a. alio modo actiones intendunt, quamvis tamen frequentius in ejusmodi, flaccescencia pulmonum, quam empyematica conditio eorundem deprehendatur.

Causarum ex Rebus Non-naturalibus recensio.

THES. XVIII.

Somnus & Vigilia, inordinatè adhibita, suum addunt symbolum, turbando sc. Oeconomiam corporis decentem administrationem, imprimis verò motus nimis violentus, vociferationes, rupturam vasis sanguinei, mox sputum sanguinis inducere prout è contra Quies immodesta humorum tenacitatem, obstructionem viarum inferre, consequenterqve aliquid pro effectu ejusmodi morbosò contribuere potest.

Motus & Quies quantum huic morbo contribuant.

B 2

THES. XIX.

THES. XIX.

Excreta & Retenta malum augent. De *Excretis & Retentis* res manifesta est. Mucus enim egerendus non egestus, vitium acquirere, obstructions pertinaciores, causari; vapores acres & rodentes elevare, Mensium suppressiones, regurgitationem sanguinis, ejusdemq; stagnationem, & putredinem inducere; Plethora itidem, si quæ statuenda, rupturam, & empyema inferre potest; cunctaq; istæ circumstantiæ per animi affectus, iram, mœrorem, non leviter augeri.

THES. XX.

Cause ex Rebus naturalibus. Inter *Res Naturales* referuntur *Constitutio, Temperamentum, Humores, &c.* *Constitutio* respicit primum ortum, ubi idea vitiositatis specialis jam tum per semen fuit transplantata, a. etiam conformatio pulmonum & pectoris læsa, aut arte procurata, pectora infantum fasciis arctissimè stringendo, notante *Sperlingio Instit. Phys. Lib. IX. Cap. III. p. m. 135.* De conditione *humorum* jam tum supra actum, à quibus obnebulantur vitus, & eundem acquirunt reatum. *Temperamentum* cholericum & phlegmaticum videntur habere dispositionem majorem ad huncce affectum, quàm sangvineum & melancholicum, quod illud particulis sca-teat acrioribus, hoc catharrois defluxionibus subjectū sit magis.

THES. XXI.

Ex rebus præternaturalibus. Sic deniq; præternaturalitatis status, *Morbi & Symptomata, Causeq; morbificæ*, ad vitiositatem hancce Phthoicam contribunt, malumq; aliud ex malo præcedente emergit. Sic post curatam *Hamopysin*, exulcerationem pulmonum notat *D. Daniel Winslerus Obs. 43. Ann. VI. & VII. Dec. I. Ephem. Curios. Ex Fluxu albo*, per esum melonum acquisito, empyema *Idem Obs. 103.* Ex *abscessu umbilici* Phthisin universalem *D. Simon Schultzius obs. 130.* Ex vulnere, gladio accepto *Idem Obs. 61.* Ex *Gravedine & Peripnevmonia*, *Sylvius oper. suorum p. m. 690. & 844.* Ex *Gonorrhœa*, *Riverius, à Quartanâ Greifselus*, aliiq;

THES. XXII.

Signa Diagnostica. Jam quoq; ad signa properandum, ubi alia de præsentia & conditione affectus testantur, alia de eventu præfagiunt. Illa sunt aliquodammodo obscuriora in incipiente, evidentiora a. in consummata. Fecit eorumdem prælixum catalogum *Senex Divinus de Morbis. II. S. 46. Oper. suor. Tom. II.* Ut plurimum ex colore

1969

colore pallescente, macie, difficili respiratione, tussiculatio-
 ne, nonnunquam puris, nonnunquam materiae viscidae & fo-
 tidae ejectione, (quam saepius confundunt cum pure simplici-
 res, per aquam a. probari potest, ad mentem *Sennerti l.c. p. 208.*)
 dolore *ὀσάονω*, & circa pectus, pulsu imbecilli, parvo, & mo-
 dicè veloci, febris nonnunquam tectà, urinam tenui, mucò nonnun-
 quam impletà, &c. judicatur ejus praesentia. *Hac, Prognostica sc. in Signa pro-*
 genere difficultatè & periculositate insinuant. Imprimis ulcus *gnostica.*
 profundum curatu ferè desperatum. Alvi profluvium, & capillo-
 rum defluvium, calamitosum exitum demonstrant. Sputi reten-
 tio, mortis propinquitatem demonstrat. Tuberculum, fabæ
 instar, durum ac fuscum, in scapulis apparens, mortem immi-
 nentem indicat. Sputum graveolens, facies cadaverosa &
 Hippocratica sunt pessima signa. &c.

SECT. II. PRACTICA.

THES. I.

Cum itaque ex hactenus allatis satis patescat, hunc cè affectum *Phthoëcu-*
 periculosum satis esse, nemo non advertet, ejus curam non *ratu diffi-*
 esse minoris difficultatis, tum propter ipsam pulmonum sub- *cillima.*
 stantiam, quippe quæ semel erosa, haud facile coalescit, tum
 propter perpetuam respirandi reciprocationem, labiorum ulce-
 ris unionem impedientem, tum quoque medicamentorum
 tardum, ad sedem affectam, integris viribus, proventum. Hinc,
 ad *Galenii* conclusum. *L. 4. de locis affect.* omnes Phthisi affe-
 ctos, perire necesse est.

THES. II.

Sed, ne sine auxiliò agrum relinqvamus, de Curâ Phthi- *Cura ex*
 seos, si non *Confirmata seu Veteri, Recentis* tamen a. *incho. triplici*
ata, non absq; spe felicitis successus, solliciti erimus, Et quidem *fonte pe-*
 triplici ex Fonte, Chirurgico, Pharmaceutico & Diatetico, de- *titur.*
 sumendâ.

THES. III.

Chirurgicus fons suppeditat (1.) *Fonticulos,* tum in *Chirurgia*
 brachiis, tum cruribus, tum cervicè, aperiendos, qui humo- *quid sub-*
 rum ac redinem non saltim minuunt, sed & revellant, & à parte *ministret.*
 affectâ

affected avertant. (2.) Pro V. S. vix aliquod argumentum, cum de-
tractione sanguinis nunquam emendetur diathesis mala. Unde
V.S. nem, qua se incipientem non raro feliciter curasse, sed & In-
veteratam ad annos aliquot, non sine agrotantium manifesto ju-
vamine protraxisse, affirmat *Doctiss. Menzel. Archiepiscopus Brandenb.*
Obs. 17. Ann. 4. Eph. non puris Phthisici, sed alius respectus specia-
lis gratia institutam, verosimile est.

THES. IV.

Methodus sanandi phthoen ex fonte pharmaceutico. Quibus v. non ex voto succedentibus, ad penum Phar-
maceuticam properandum esse, ex eaq; medicamenta appro-
priata ad seriem causarum depromenda, necessitas svadet. Ubi
reflexio fit (1.) ad *Ulceris s. Vomice pulmonum digestionem.* (2.)
Affluxus materia catharralis inhibitionem & Particularum acrim
correctionem. (3.) *Ulceris consolidationem & decentem expectoratio-*
nis promotionem. Et deniq; (4.) *Habitus pristini pulmonum, &*
organorum reliquorum restitutionem.

THES. V.

Adminicula digestia. Quod primam concernit intentionem, ea per ejus-
modi media obtineri potest, qua cacochymicam humorum
qualitatem preparant, ex sede modestè movent, & ad elimina-
tionem disponunt. Unde licet purgantia proprie sic dicta hic
locum non habeant, possunt tamen admitti incidentia, leni-
entia & svaviter moventia, unde suppedimus sequentia:
R. Mann. calabr. tabulat. Unc. ij. solvein ∇ cichor. bugloss. a. q. f.
Colaturæ adde Tartar. Vitriol. Scrup. j. Sir. rofar. de Erysim. Lob.
a. Dr. iß M. d. f. *Gelinde abführender Tränckl auff 1. Mahl.*
Vel. R. Extr. Rhabarb. insp. Dr. j Gumm. Galb. Ammon. a Scr. j Fec.
Ari, Rad. bryon. Croc. σ tis aperient. a. gr. vi. c. f. q. Pulpæ. Cass.
f. l. a. Pilulæ, Pulv. Glycyrrh. inspergenda. d. f. *Appropriirte*
Pflsen/deren ein Scrup. des Abends zu nehmen.
R. Rhabarb. opt. Unc. β Scabiof. Tarax. aa M. f. Fl. Bugloss. p. ij. Coqv.
in q. f. ∇ . f. R. Colat. Unc. vj, adde ∇ pulm. Vit. Unc. iij Sir. d.
Erysim. pap. rh. a Dr. iij M. d. f. *Digerirendes Tränckl. auff 3. Mahl.*
R. Crem. Tart. Dr. β Pulv. Glycyrrh. Oc. 69. præp. ana Scr. j Pulv.
Senn. Alexandr f. f. β Sacch. Ros. tabul. ad pondus om-
nium. M. d. ad scat. f. *Erweichendes Pülver/zu ein Messerspitze ge-*
gen die Mahlzeit.

THES. VI.

THES. VI.

1968

Porro potissima cura esse debet, ut *materia affluens* impediatur, quoniam alias frustra laboratur, quando subsidia continua accipit putrilaginosus lacus, dein *acrimonia* decenter corrigatur, ne rodendo amplius nocere queat pulmonum substantia; faciunt autem id leniter siccantia, particularum figuram immutantia, obtundentia, cachexiamque emendantia. Unde commendamus sequentia:

R. Lign. Sassa fr. Unc. ij. Fl. papav. rh. Borrage. Bugloss. aa. pij. Herb. Marrub. Tussilag. aa. mj. Infunde per ρ in ∇ Fl. samb. pap. rh. Tussilag. an. Unc. iij. Mane ebulliant leviter. Colaturæ adde sir. ros. d. Glycyrrh. an. Unc. β . Papav. rh. Dr. β . ij. M. d. f. Corrigentes Trāct. auff 3. mahl.

R. N. Mosch. Olib. el. an. β . ij. Succin. ppt. Mastich. C. C. uff. ppt. Coriandr. ppt. aa. β . Conf. Rosar. antiq. β . vj. Violar. Unc. β . Sachar. in ∇ Ros. q. l. solut. & coct. Unc. Xij. F. s. a. Morfuli ad pondus β . ij. d. f. Corrigende und inhibirende morfellen.

R. Herb. Veron. pulmonar. Marrub. ana Mj. Liqvirir. polypod. qvern. ana. Unc. β . Caricar. pingv. no. VI. Jujub. n. V. Coqv. in l. q. ser. lact. caprin. R. Colat. Unc. XV. adde Sir. Capill. ϕ . de heder. terrestr. d. Hyss. ana. Unc. j. M. d. f. Sonderlicher Trāct 3. mahl des Tages zu nehmen Dos. Unc. iij.

THES. VII.

Quoniam etiam sæpissimè in hocce affectu urget tussis, defluxionesque versus arteriam asperam fiunt continuè, hinc præter hæc jam tum enumerata, in specie intentioni isti optimè inserviunt obtundentia & anodyna decenter præparata, ut sunt M. Pilul. de Cynogloss. de styrac. Laudanumque opiat. ipsum. Modum administrandi Medicus rationalis facile sciet.

THES. VIII.

Unde nunc subjungimus ea, quæ *Ulceris absterfionem, consolidationem, & expectorationis promotionem* procurare, & forsitan *Specificorum* titulo venire possunt. Et hæc inter recensetur Sulph. variaque de eo commendantur compositiones, Laudatur Crocus, tanquam anima pulmonum, Virtute quadam singulari pollere dicuntur, quæ vel signaturam habent cum pulmonibus, *Ulceri abstergendo, & expectoratione inserviendibus.*

1968.

bus, ut pulmon. maculos. Vel. ejusdem sunt conditionis, ut pulmo Vulpis, Vituli, Lupi &c. aut ex aliâ quâdam ratione effectum præstant, experientiâ probatum, ut Gumm. ammon. Bals. peruv. Terebinth. Galban. Tragac. &c. Nos ex multis unam aut alteram suppeditamus formulam.

R. Fl. Sulph. ter tor . Zij . Sachar. alb. Unc. j. Conf. Alkerm: Zf . M. d. f. Pulverchen offiers I. Messerspitzen voll zunchmen.

R. Lact. Sulph. Zj . Croc. gr. iiij . Rad. ari. Irid. pulv. ana Zij . facchar. fin. Zij . Ol. Ω anil. gtij . M. d. ad scatul.

R. Flor. Sulph. myrrhator. Zf Pulv. Haly. contr. Phthif. Spec. diatrag. fr. an. Scr. j. Laud. Tartarifat. gr. ii . M. div. in z æqv. p. S. Appropriire Brust-Pul. auff z . mahf.

R. Elix. Sulphur. Mynf. Zij . d. ad Vitr. f. Brust Elixir. su zo . Tropff auff I. mahf.

R. Pulv. Chybur. Paracels. Scr. j. Antihect Pot. Zf & diaph gr XV. Sulph. anod. Vitr. gr. viii . M. d. in z . æqv. partes. d. f. Sonderliche Pulver auff z . mahf.

THES. IX.

Antiphthisica externa.

Nec Exterius applicata planè destituuntur agendi quâdam potentiâ, siquidem & acredinem temperare & expectorationem promovere, & ad consolidationem aliquid contribuere posse, experientia testis est. Unde subjungemus unum & alterum.

R. Pingv. capon. can. an. Zij . Ungv. pector. Aug. Unc. ss . Ol. Ω anil. gtij . M. d. ad fictile f. Auserliches Brust- und Rücken-Salben/warm einuschmieren.

R. Ungv. resumpt. Fernel. Dialth. an. Unc. f. Pingu. human. Unc. ss . Ol. lil. alb. Chamom. an. Zj . M. d. f. ut antea

THES. X.

Viscera corroborantur.

Quoniam deniq; in hocce affectu deprehenduntur pati ferè omnia viscera, hinc non saltim pro pulmonum sed etiam stomachi, hepatis & omnium reliquarum partium vigilandum, unde specificis thoracis intermiscenda stomachica præprimis, temperanda bilis, succi pancreatici quoq; habenda est ratio; Erit hic exusu Elix. propriet. Par. Correctum etiam Helmont. nonnunquâ cum Ess. Helen. mixtum. ⊕ & ⊖ d. Elix. ⊕ . Mynf. quæ licet acida sint, temperata tamen & minus cruda, ad monitum & Observationem Clariss. Barbett. Prax. lib. 3. c. 2. S. 8. non ob-

1909.
non obfunt phthificis, cum contra dulcia, acidis non tempera-
ra, referente eodem, ægris: plerumq; nocuerint.

THES. XI.

Deniq; rita administratio *Dietæ* in morbo hõcce chronico *Dietæ ad-*
utramq; ferè absolvit paginam, exactiffimam autem eam requi- *ministra-*
runt Medici. In specie *Ægr* vitandus pluviofus, borealis & autum- *tio neces-*
nalis, eligendusq; moderatè calidus & ficcus. Unde ex hõcce capite, *faria.*
ad *Tabios* montes, hodie Monte *de la Torre*, suos Phthificos remit-
tebant Veteres, notante ex *Galenò*, *Sennertò*, & *Timæò à Gûlden-*
flee. quamvis non solum fuerit respectus ad aërem, sed simul ad *Ægri ad:*
armentorum Lac, maxime salubre, unde montes *Lactarij* dicti, *montes ab*
teste *Ortelio*. *Cibus* sit *ἰσχυρὸς & ἰσμερὸς*, unde vi- *legantur.*
tentur cruda, acria & austerà; Juscula carniùm, Carnes
pullorum, ex usu sint, sicuti quoq; amygdal. pistac. pineæ,
ex hisq; formandæ Emulsiones aut DCTa. Maximè autem com- *Lactis usus*
mendantur lactinia, aut lac ipsum, Vaccinum, Caprillum, *in signis in*
asininum & muliebre. *Gammari* etiam & ostracoderma à *phthoè.*
multis, ut specifica, commendantur, variaq; medicamenta ex
iis parantur, de quibus conf. *Sachsi Gammarologia*, *Sennertus*
Lib. II. part. II. Cap. XII. Quest. 2. Potus sit ex probè fermentatâ ce-
revisiâ, non nimis tenui. Vinum cum distinctione assumendum,
Aqua hordei melle diluta hic prodest, imprimis mulsum ab-
stergendo & nutriendo, utilitatis insignis. *Ratione Somni* vix
præscribendæ sunt regulæ, sed indulgendum eidem, quoad
sufficiens sit, restaurandis viribus. *Mocus* modestè eligendus,
Obstructiones alvi nequaquam admittendæ, *Hæmorrhoidum* &
mensium fluxus, servandus ita, prout natura iis fuit assveta. *Ani-*
mi Passivata, imprimis *Ira* & *mœror*, quibus indulgere solent
præ aliis Phthifici, moderanda sunt convenienter, nisi incassum
laborare velit uterque, & *Agens* & *Patiens*.

THES. XII

Et hæc fuère, quæ de morbo amplò compendiosè no-
tare volui, Optimè mihi constans, multa deesse, quæ ratio-
ne intricatæ indolis afferri debuissent. Verum, cum temporis
ratio non permiserit, omnia exactè evolvere, compendioso sty-
lo hæcce, hâc vice publico Examini oblata, Bonos non nisi benè
interpretaturos, spero. Sicuti quoq; ratione commissorum, quæ
in ejusmodi sublimioribus facile irrepere possunt, benignum
mili expeto Censorem, Ultimo S.D.G. relinqv ens.

FINIS.

1972

OTia Te nunquam studiorū pigra legisse,
 Hoc specimē duplex, sedulitasq; probāt,
 Nuper enim *Hydrophobi* de morbo verba ferenti,
 Præsīde Me, multum laudis, honoris erat.
 Judicio rursus jam jam submittere gaudes
 Doctorum, *PHTHISIN*, Doctor ut ipse sies,
 Egregi⁹ labor iste Tuus! sat dignus honore es,
 Quem, quisquis *MEDICUS*, quisquis & *ÆGER*,
 amet.

Sic age! sic pergas! semper nomenq; decusq;
 Crescet, & æternūm fama superstes erit.
 Attamen interea totō Tibi pectore grator:
 Omnipotens cæli Te lenitate beet!

Hæccè lub. MMq; appon. vol.
 J. GERDES, Ph. M.D. & P. P. O.

Ergo.

CLARISSIME. CANDIDATE.

Phthisin. tibi. elegisti.
 eo. magis.

Ut. tibi. consuleres?

Aliis. quod. nocumento.

Tibi augmento. esse.

Tuo. demonstras. exemplo.

Phthisis. est.

qua

qua.
Tuum. sanat. morbum.
per illam. pervenis. ad. id.
ad. quod. tam. honorificè. tendis.
i. e.

Honore. per hanc. consequeris. maximos.
Alios. quod. valde. tenet. tuam. reficit. mentem.
Medicus. es.

¶

tamen. adjuvante. Phthisi.
agrotis. auxilium. ferre. aspiras.
O. Admiranda. Metamorphosis!

Sic.

Decrescendo. omnia. crescere.
ex. te. videbunt. omnes.

Sit. ergo. ita.

qui. elegisti. Phthisin. labores. Phthisi.
qua. tibi. sanabilis.

agrotisq. impofterum.
indubitatum. erit. remedium.

Sanitatem. Tibi. afferant. sempiternam.
offerre. ut. queas. ea.

qua.

propter. tuam. industriam. commodata.
accepisti.

Verbo.

Maeste

Maest. e. honoribus.

De. quibus.

Tibi.

serio. gratulantur.

COMMENSALES GERDESIANI.

WEr seine Jugendt-Blüt in guten Künsten übet/
Und sich den Tugenden mit Hofnung ganz ergiebet/
Zu dem kompt Weißheit / Licht / Verstandniß / Rath/
und That/
Und zeiget was vor Schmuck / Natura bey sich hat.
Dieß ist / was seinen Geist / mein **ANHALT** jetzt erhebet/
Da bald der Tugend-Cron auf seinen Scheitel schwebet/
Indem er uns erweist wie man die Schwindsucht heilt/
Auch in entfernter Krafft oft süßen Rath ertheilt.
So halte ferner an die Künste zuentdecken/
Die noch in der Natur geheimnen Winkeln stecken/
So wird man ferner sehn / wie schon Apollo schleust/
Daß er mit grossen Ruhm der Tugend **ANHALT** heist!
Auf schuldigster obliegenheit wolte dieses dem Herrn
Candidato glückwünschend anfügen.

M. W. F. P. Rost.

T*Empore dum messis curvi moderator aratri
Invenit, S Cereris spicea ferta legit;
Et Tua decerpit pariter solertia fructus,
Quos Tibi protrusit cura laborq, Tuus.
Ergo nunc refeca segetem cum faenore multo,
Atq, manu plenâ rure revertte domum!*

Hisce Nobilissimo Dn. CANDIDATO de opi-
mâ atq; amplâ studiorum laborumq; messe,
gratulabundus applaudebat,

JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS, Med. Stud.

☉ (O) ☉

1952

não Francofurten
 se contulit Academ
 Experientiff. DN. I
 Collegæ mei hono
 ne, Studia Physica
 tica, Pathologica, F
 re, insigni cum sole
Hydrophobia, mate
 tione, demonstravi
 Hygiæ. Unde sicu
 tiæ farraginem, cu
 positurus suo temp
 catorio qvodam
 desideratos in ar
 potuimus; Talem
 se exhibuit, ut dign
 se exhibuit, ut dign
 Medicâ, ingenii vire
 TIONEM SOLE
 21. Aug. Sub PTH
 co per præsentem
 RECTOREM,
 NATUM, LITERAR
 eâ, qvâ par est, obse
 tiâ honorificâ actui
 collationes occas
 peditare,

P. P. R

clarefcere ea poteft ulterius.
Integerrimum DN. THOM.
Patriæ civitatis Directorem fo
Matrem MARIAM IVEN, foer
venientibus præditam, ficuti q
maternum adhuc habet fuperft
Hereditarium in Cæthenhagen.

ANNAM STOLIEN, perqve ea
ter & hic locorum fatis claram
fibi gratulatur nofter Dn. Canc
gulari benedictione tenet testin
ternæ fc. & maternæ fibi fuper e

Hisqve teneriores annos
tus iis fuit, qvi in Pietate & huma
re potuerunt fundamenta, un
cum fidelitate informatus, imp
Pl. Rev. Virom. BERNHARD
triæ Rectori, nunc Inspectori, V
debere confitetur, cum quô
utpote loco & civilitate moru
rum qvorumcunqve claro, in
rum Illuftrium fupplevit neceff
ea, qvæ addenda generofus
derat. Et cum is demum fel
mum licet in excufione, femper p
ne: Ita & nofter Dn. Candidatu
cum per mores & officia fuæ a
tia, acquifiverit fibi benevolen
rum Mediæorum Excellentiff.
gratâq; femper recolit mem
ftudiis & intentioni accefferit
Hinc in curfu ftudiorum ulter

noscit, Virum
ALT, Muficæ
sqve peritum:
bus fexui con
eâ ejus Avum
TRUM JVEN,
ernam falutat
fitudine fe in
STOLIENAM
mulq; pro fin
asq; lineæ pa

ous, concredi
nientia pone
Patriâ omni
um Clariff. &
e/ Scholæ pa
ab. vigilantiff.
tendens, ibi,
gine Studio
ationes Virom
ditq; defectui
cupidus defi
qui finem ul
et in intentio
vavit optimè,
o convenien
vorem Virom
ncovii, &c.
multum &
atione illa.
luftra Athe
næo

